¶ Eſto tu populo. ⁊c. Idē. Or vero adiūgit. Eſto tu populo in his q̄ ad deū ꝑtinent. ⁊ referes verba eorum ad deū. ⁊ teſtaberis eis ꝑcepta dei ⁊ legem ei⁹ ⁊ demonſtrabis eis vias ī quibꝰ ambulabūt in eis. ⁊ opa q̄ faciant cum populo vniuerſo. Hec agenda eſſe demonſtrat. Nō eñ ait: Vniuſcuiuſqꝫ verba refer ad deū: ſed vba coꝝ. cū ſupra dixiſſet Eſto tu populo in his q̄ ad deū ſunt. Poſt hec admonet. vt ſingulorꝝ negocia q̄ inter ſe habebant deferant electis. ſ. potentibꝰ viris deū colentibꝰ iuſtis q̄ oderūt ſuꝑbiā. quoſ cōſtituerat ſuꝑ milleuos. alios ſuper centenos. alios ſuper quinquagenos. alios ſuper denos. ſic a moyſe remouit periculoſas occupationes. Nec iſtos grauauit: cū mille haberēt vnū ſuꝑ ſe. ⁊ ſub illis alios. x. ⁊ ſub eis. xx. ⁊ ſub eis alios. c. vt vix aliquid ad ſingulos ꝑpoſitos ꝑueniret. qͦ iudicari neceſſe eſſet. Inſinuat̄ etiā humilitatis exemplū ꝙ moyſes cū quo de⁹ loquebat̄ nō faſtidiuit neqꝫ contempſit alienigene conſiliū. qꝫuis ⁊ ipſe ietro cū iſraelita nō fuiſſet: vtrū inter viros vnū deū colentes religioſeqꝫ ſapientes habendus ſit ſicut Job. merito querit̄. immo credibilius habet̄. Ambigue eñ poſita ſunt verba. vtrū ſacrificauerit deo vero in populo ei⁹ qñ vidit generum ſuū. vel vtrū eū adorauerit ipſe moyſes: qꝫuis de adoratione ſi expſſe poſitum eſſet. honor videret̄ ſocero redditus: ſicut ſolet hominibꝰ honorificentie cauſa exhiberi. Quos aūt dicit grāmatoyſagogas. quos decuriones nō facile ſciri poteſt. qñ hoc nomē in nullo vſu habem⁹. vel officioꝝ vel magiſtrorum. Nā quidā doctores interꝑtati ſunt litteraꝝ. qui. ſ. introducāt in lrās ſicut grecum vocabulū ſonat. Hic ſane ſignificatur ante legem datam hebreos litteras habuiſſe. que qñ ceperint neſcio vtrū valeat indagari. Quidam putant eas a primis hominibꝰ cepiſſe. ⁊ ꝑductas eſſe ad noe. atqꝫ inde ad parentes abrae: deinde ad populū iſrael. ſ꒳ vnde hꝓbari poſſit, ignoro.

¶ Prouide aūt ⁊c. Ad cuſtodiam humilitatis ab alienigena inſtruitur ne qui tot arcana dei ab ipſo deo diſcebat extolleretur: ⁊ putaret ſe humano conſilio non egere. Prefigurabatur etiā ꝙ doctrina gentiū iudeoꝝ ſcientiam ⁊ ſuꝑbiam ſuꝑaret: ⁊ que in lege deerant fideles ex gentibꝰ cōplenda ſuggererent. ⁊ ſpiritualem intellectum ad legem dei afferrēt. Sciebat quoqꝫ moyſes quia hunc populum lex audiret ⁊ faceret quecunqꝫ diceret: legis

quoq₃ diminutio ſuggerente euangelio fieret.
¶ Et cõſtitue ex eis ꝛc. Orig. Ordinabis inquit eos tri. ⁊ cen. ꝛc. Et iu/dicabunt populũ omi hora. verũtamen qđ grauius fuerit referẽt ad te. audi/ant principes populi. ⁊ pſbiteri plebis q̄ debent omi hora populum iudicare ſemp ⁊ ſine intermiſſione ſedere in iudicio. dirimere lites. ⁊ recõciliare diſſi/dentes. in grãm reuocare diſcordes. Diſcat vnuſquiſq₃ ex ſcripturis ſanctis officiũ ſuũ. Moyſes inquit vt ſit in his q̄ ad deũ ſunt: ⁊ verbũ dei ediſſerat populiſ. Ceteri vero prĩcipes quos appellauit tribunos: q₂ tribui preſunt. Vel centurioneſ vel quinquagenarij q̄ preſunt minoribꝫ iudicijs q̄ ad ſingulos ptinent dirimenteſ. Quã figurã etiã in futuro ſeculo ſeruandam puto. Vñ cũ ſederit filius hominiſ ſup tronũ glorie ſue. ſedebitis ⁊ vos ſuper duodecim ſedes ꝛc. Vides ergo q₂ nõ ſolũ dñs iudicat. cui omne iudiciũ dedit pater: ſ₃ ꝯſtituit principes q̄ iudicent d̄ minoribꝫ cauſis. Verbũ aũt qđ grauius fuerit referant ad ipm. Id dicit dñs de q̄dã: q₂ reus erit cõſilio. de alio aũt reus erit gehenne ignis. S₃ ⁊ de omi verbo ocioſo dicitur reddere rationem. Et nõ dixit eſt: q₂ deo parabimus rationem. ſic de piurio. Reddes aũt dño iuramẽta tua. Regina quoq₃ auſtri ſurget in iudicio cũ viris generatõis huius. ⁊ ꝯdemnabit eos. Ecce aliđ genus iudicij. Qui habet aures au. a. hec em̃ oĩa vmbra ſũt celeſtiũ ⁊ imago futuroꝝ.

¶ Orig. Sicut ſcriptũ eſt. Nõ ſatiabitur oculus viſu. nec auris auditu. nec nos ſatiari poſſumuſ cõſiderando q̄ ſcripta ſũt quibꝫ noſ edificent: q̄rtis noſ modis inſtruãt. Cũ enim cõſpicio q₂ moyſes pplexta deo plenus. cui deus facie ad faciem loquebatur. cõſiliũ accepit a ietro ſocero ſacerdote madiã. admiratõe nimia obſtupeſco. Audiuit eĩ moyſes vocẽ ſoceri ſui: ⁊ fecit quecũq₃ dixit ei. Nõ dixit: q₂ deus michi loquit' q̄d agere debeã: q̃ño ab hoĩe cõſiliũ accipiã: ab hoĩe gentili alieno a pplo dei: et nõ q̄s dicat: ſed q̄d dicat aſcultat. Nos ergo ſi inuenimus aliquid ſapiẽter a gentilibꝫ dictũ. nõ cũ autoris noĩe ſpernamus ⁊ dicta. nec q₂ legem dei tenemus. cõuenit nobis tumere ſupbia. ⁊ ſpernere prudentiũ verba: ſ₃ oĩa pbantes qđ bonũ eſt teneamus. qui aũt hodie populis pſunt. nõ dico ſi iã eis aliq̄ a deo reuelata ſunt. S₃ ſi in ſciẽtia legis aliq̄d meriti habent. ꝯſilium dedignant' inferioris. etiã ſacerdotis. ne dũ layci. ne dũ gentilis. ſ₃ moyſes q̄ erat manſuetus ſup oms hoĩes accepit cõſilium inferioris. vt principibꝫ daret formã humilitatis. ⁊ ſignaret imaginẽ futuri ſacramẽti. Sciebat q̄nq₃ futurũ. vt gentiles bonũ ꝯſiliũ pferrẽt. apud moyſen bonũ ⁊ ſpũalem intellectũ afferentes ad legẽ. ⁊ audiret eos lex. faciẽs oĩa q̄ dicerent. Nõ em̃ poteſt facere lex ſicut iudei dicũt: q₂ infirmat' lex in carne. i. in lr̃a. ⁊ nichil poteſt ſecũdum lr̃am. Nichil em̃ ad pfectũ adduxit lex. Scđm ſ₃ aũt cõſilium qđ nos afferimus ad legẽ. poſſũt oĩa ſpũaliter fieri. ⁊ ſacrificia offerri. q̄ modo carnaliter nõ poſſunt. poteſt lex lepre ſpũaliter ſeruari. Sicut ergo intelligimus ſentimus ⁊ cõſilium damus. Omnia facit lex. ſcđm lr̃am vero nõ oĩa ſed pauca.

¶ Moyſes fecit ꝛc. Vir deo familiaris. ſapientiſſimus. nõ erubeſcens a minori ⁊ gẽtili doceri. formã doctoribꝫ pbuit. ne a q̄buſlibet erubeſcãt erudiri.

¶ Quidquid aũt ꝛc. Alij verbum. alij autem graue referebant ſuper moyſen. Sic habet enim grecus ſermo. qđ latini interpretati ſunt ad moyſen. Illa ſane locutione. ipa etiã cõfigurabat' qua dictũ eſt ſup moyſen velut onus ſignificat' ei impoſitum. Verbũ aũt graue dictũ eſt, p queſtione gui

---

ſ formam boni iudicis preſcribit.
ſit veritas. ⁊ qui † oderint auariciã
† ſ qui ſibi ſubiectis bona tribuũt. qui grece ciliarchi. latine dicuntur millenarij. † ſ qui grece
† Et cõſtitue ex eis tribunos. ⁊ † centuriones
hecacontarchi. † ſ qui ⁊ pentacõtarchi
turiones et † quinquagenarios et
† ſ qui ſup denos. † ſ priuatas cauſas populi
† ſ beati qui cuſtodiũt iudiciũ. ⁊. f. i. in. o. tpe.
ſ qui grece decarchos.
† decanos: † qui iudicẽt † populum
ſ graues queſtiones ⁊ cõmunes.
omni tempore. Quidquid aũt maius fuerit referãt ad te: ⁊ ipſi minora tantũmodo iudicent: leuiuſq₃
ſ pluribus intentus: minor eſt ad ſingula ſenſus.
tibi ſit. partito in alios onere. Si
ſ vel domini.
hoc feceris implebis imperiũ dei
ſ vel ſuſtentare.
⁊ pcepta eius poteris ſuſtinere: et omis hic populus reuertetur cum pace ad loca ſua. Quibus auditis moyſes fecit omia que ille ſuggeſſerat. Et electis viris ſtrenuis de cuncto iſrael conſtituit eos principes populi tribunos. centurioneſ quinquagenarios. ⁊ decanos: qui iudicabant plebem omni tempore. Quidquid aũt grauius erat referebant ad eum: faciliora tantũmodo iudicantes. Dimiſit ergo cognatũ ſuum: qui reuerſus abijt in terram ſuam.

C. XIX.

ſ Junio.
Menſe tercio egreſſionis iſrael de terra egipti: in die hac venerunt in ſolitudinẽ ſynai. Nam profecti de raphidim. et
ſ rubus vel tentatio.
peruenienteſ vſq₃ in deſertũ ſynai caſtrametati ſunt in eodẽ loco: ibiq₃ iſrael fixit tentoria eregione mõ
ſ propriũ eſt ſanctorũ montes diligere ⁊ incolere.
tis. Moyſes aũt aſcendit in mon
quoꝝ cõuerſatio in celis eſt.
tem ad dñm. Vocauitq₃ eum dñs de monte ⁊ ait: Hec dices domui
† ſ actiuis. † ſ contemplatiuis.
† iacob. ⁊ annunciabiſ † filijs iſrael
ſ penas egiptioꝝ cõmemorat ⁊ que populo ſuo preſtitit beneficia. vt timeãt omipotentem ⁊ diligant benefactorem.
Vos ipſi vidiſtis q̄ fecerim egiptijs: quomodo portauerim vos ſup
† ſ velociſſime † ſ moiſi ⁊ aaron ſ ſicut aquila prouocans. p. a. v. ꝛc.
† alas † aquilarũ: ⁊ aſſumpſerim mi
† ſ anteq₃ legẽ det, pmiſſis allicit. vt libenter accipiant. † ſ aure cordis.
chi. † Si ergo † audieritis vocẽ me
† ſ diligenter. ſ quaſi pacis actum.
am. ⁊ † cuſtodieritis † pactum meũ:
† ſ Specialis populus quos paſcã defendã. ⁊ ſicut gregem pprium nutriã.
eritis michi in † pculiũ de cunctis populis. Mea eſt em̃ omnis terra
† ſ vnde petrus genus electum. regale ſacerdotiũ ⁊ gens ſancta populus acquiſitionis
⁊ vos eritis † michi regnum ſacerdotale: ⁊ gens ſancta. Hec ſũt verba que loqueris ad filios iſrael. Venit moyſes ⁊ conuocatis maioribus natu populi expoſuit omes

---

¶ Menſe tercio ꝛc. Orig. Alia lr̃a. Menſis aũt tercij exitus filiorũ iſrael d̄ terra egipti hac die venerũt i heremũ ſyna. ⁊ pfecti ſunt ex raphidim. ⁊ venerũt in heremũ ſyna. ⁊ applicuit ibi iſrl' ꝯ montẽ. ⁊ moyſes aſcẽdit i mõtẽ dei. ⁊ vocauit eũ dñs de mõte dicẽs: hec dices domui iacob. ⁊ nũciabis filijs iſrael ꝛc. ⁊ paulopoſt. Deſcẽde ⁊ cõteſtare pplo ⁊ purificabis eos hodie ⁊ cras ⁊ lauẽt veſtimẽta ſua ⁊ ſint pati i diẽ terciũ. Tercia eĩ die deſcẽdet dñs in montẽ ſyna corã omi pplo. ſ₃ die repitur dari lex. q̄ i tabuliſ lapideis ſcripta ẽ digito dei: ſic ſequẽtia docent. Dies aũt iſte tercius apparet tercij mẽſis ab exitu filiorũ iſrl' d̄ egipto. Ex q̄ die paſca fecerũt. i. agnũ imolauerũt ⁊ ederũt: q̄ fuit q̄rtuſdecimus primi mẽſis. vſq₃ ad iſtũ q̄ lex dat'. dies. l. numerant'. xvij. ſ. primi mẽſis. reliq̄ ab ipo xiij. Deinde oẽs. xxx. ſcđi menſis q̄ fiũt. xl vij. ⁊ tercius tercij mẽſis q̄ a ſolẽnitate occiſi agni quinq̄geſimus ẽ. Ac p hĩ iſta vmbra futuri ſcđm agni imolati diẽ feſtũ. q₂ quinq̄geſimo die lex data ẽ: ſcripta digito dei. ita ipa veritate noui teſtamẽti a feſtiuitate imolati agni ihu xpi. l. dies numerãt' vbi ſpũſſanctus de altiſſimis datus ſit q̄ ẽ digitus dei.

¶ In die hac ꝛc. Quadrageſima. ſ. ſeptiã die poſtq₃ egreſſi ſũt de egipto pma die. ſ. iunij puenerũt ad montẽ ſyna. ibiq₃ pactis duobꝫ diebꝫ quibus ſãctificati ſũt tercio. i. quinquageſimo legẽ acceperunt. ⁊ ſ₃ eſt pentecoſtes.

¶ Ra. In ſyna vna mãſio fuit: ſ₃ int' oẽs maxia. Ibi eĩ lex accepta. tabernaculũ erectũ. Ibi exodus ⁊ maxia ps leuitici omſq₃ libri legis pene ꝯſcripti ſũt.

¶ Moyſes aũt ꝛc. Greg. Alia lr̃a Moyſes aũt aſcẽdit in montẽ: ⁊ dñs deſcẽdit ad eũ. Mons altitudo contemplationis eſt. in quã aſcendimus. vt ad ea q̄ vltra infirmitatẽ noſtram ſunt intuendo ſubleuemur. S₃ dñs deſcendit: q₂ ſanctis multũ pficientibꝫ. parum aliq̄d de ſe aperit.

¶ Alas aquilarũ ꝛc. Alr. Vocat doctrinas duoꝝ teſtamentoꝝ. q̄ nos ab infimis ad celeſtia portant'.

¶ Regnũ ꝛc. Hebra. ſ. ſummi ſacerdotis in regnũ celoꝝ venturi.

Expoſuit omnes ꝛc. Greg. Notandũ q₂ lex nõ incautis vel neſciẽtibꝫ

ingeritur: ſed expoſitis premijs ꝗ debent̄ ſeruantibꝰ ⁊ beneficijs p̄teritis ꝗ iā
expti ſunt ⁊ mirabilibꝰ: cū ſponte ſe legi ſeruande deuoueat. lex petentibꝰ da
tur. ut ſecundū ꝓmiſſionē ſuā quaſi voti rei qui violauerint iudicentur. nec
de violentia ſibi illata cauſentur.

¶ Uade ad po. Orig. Deſcende ⁊ ꝓteſtare populū ⁊ purifica illū hodie
⁊ cras ⁊ lauēt veſtimēta ſua. ⁊ ſint parati in diē terciū ⁊c. Qui vult venire ad
verbū dei. audiat qđ p̄cepit dn̄s. Sanctificatꝰ venire debet ⁊ lotis veſtibuſ
Si eñ ſordida attule
ris veſtimenta dicet̄ ti
bi: Amice quomō huc
intraſti nō habens ve
ſtem nuptialē: Nemo
ergo poteſt audire ver
bum dei: niſi priuſ ſan
ctificatꝰ. i. ſanctꝰ corpe
⁊ ſpiritu. ⁊ lotiſ veſtibꝰ
Ingreſſurꝰ eſt eñ pau
lopoſt ad cenam nupti
alē. manducaturus de
carnibꝰ agni. ⁊ potatu
rus poculū ſalutiſ. Ne
mo intrat ad cenā hāc
ſordidis veſtibꝰ. Vñ i
omni tempore ſint ve
ſtimēta tua mūda. Lo
ta ſunt eñ ſemel veſti
menta tua gratia ba
ptiſmatiſ. purificatꝰ eſ
corpore. mundatus ab
omī inquinamēto car
nis ⁊ ſpūs. Que ḡ deꝰ
mundauit. tu immun
da ne feceris. Audi ſā
ctificatōis genꝰ. ne ac
ceſſeris inquit ad muli
erem hodie ⁊ craſtino.
vt die tercio audias
verbū dei. h̄ eſt qđ ait
apoſtolus. Bonū eſt
homini mulierē nō tā
gere. ſaluo tñ infirmis
remedio nuptiali. Sꝫ
quia tempus breue eſt
ſupereſt vt qui habent
vxores. ſint tanq̄ non
habentes.

Sanctifica illos
⁊c. Rab. Qui ad con
ſpectum dei deſiderat
venire: ſanctificet ſe fi
de ⁊ cōuerſatione. ⁊ la
uet veſtimēta. i. opera
hodie ⁊ cras in preſen
ti. ſ. ⁊ in futuro. vt ad gloriam reſurrectōis ꝑueniat quā terciꝰ dies inſinuat

¶ Die aūt tercio ⁊c. Hac die data eſt lex in tabulis lapideis ſcripta di
gito dei. hic eſt tercius dies tercij menſis ab exitu filioꝝ iſrael de egipto. A
die ergo quo paſca fecerunt. i. quartodecimo primi menſis vſq̄ quo lex da
ta eſt quinquaginta dies numerantur. decem ⁊ ſeptem. ſ. primi menſis. Reli
qui a quartodecimo ⁊ oēs. xxx. ſecundi qui ſunt. xl vij. ⁊ tercius tercij mēſis
qui eſt ab occiſione agni quinquageſimus. ſicut a paſſione xp̄i. uſq̄ quo da
tur ſpūſſanctꝰ quinq̄ginta dies numerant̄. digitꝰ eñ dei: ſpūmſanctū ſigt̄.

¶ Iſi. Quinquageſimo die poſt paſca. lex moyſi data eſt quinquageſimo
die poſt paſſionem domini quā paſca illud figurabat. datus eſt ſpiritꝰ pro
miſſus. deſcendens ſuper apoſtolos. ⁊ qui cū eis erant. in. c. xx. moſayce eta
tis numero cōſtituti. ⁊ diuiſis linguis credentiū totus euangelica p̄dicatōe
mundus impletus eſt. Dicitur illic ſcripta lex digito dei. ⁊ dominus de ſpi
rituſancto dicit. In digito dei eijcio demonia. Aſpicit cunctus populuſ vo
ces lampades montemq̄ fumigantem. tonitrua. fulgura. ⁊ clangorē bucci
ne perſtrepentem. In vocibꝰ ⁊ tonitruis. blandicie promiſſionis. vel terror
in p̄dicatione intelligunt̄. in lampadibꝰ claritas miraculoꝝ. in ſonitu bucci
ne: fortis p̄dicatio ſanctorū. ꝗ omnia in aduentu ſpūſſancti completa ſunt.
quādo diſcipuli in varietate linguaꝝ p̄ceptis ⁊ ſignis intonuerūt. Interp̄
tatur aūt ſynai rubꝰ qđ ſignificat eccleſiā. in qua moyſi dn̄s loquit̄. Q aute

ſermones quos mandauerat dn̄s
ſ vel omnis.
Reſponditq̄ vniuerſus populus
ſimul: Cuncta ꝗ locutus eſt dn̄s.
ſ vota ſubditoꝝ referunt prelati ad dn̄m. cum eo
rum bona ipſi attribuūt. ⁊ eū in oībus benedicūt.
faciemus. Cumq̄ retuliſſet moyſeſ
verba populi ad dominum. Ait ei
dominus: Jam nunc veniā ad te
ſ obſcura ſciētia legis.
in caligine nubis. vt audiat me po
† ſ nō ad populū qui nō pōt me intelligere.
pulus loquentē † ad te: ⁊ credat ti
bi in perpetuum. Nunciauit ergo
moyſes verba populi ad dominū.
Qui dixit ei: Uade ad populum ⁊
† ſ precipe vt ſanctificentur ⁘ ſ In preſenti. ſ. ⁊
in futura vita ſ a peccatis
† ſanctifica illos ⁘ hodie ⁊ cras. la
† ſ corpa quibꝰ aīe veſtiūtur ſ beatꝰ qui cuſtodit
veſtimēta ſua ne nudus ambulet ⁘ ſ per ſciētia
uentq̄ † veſtimēta ſua ⁊ ſint ⁘ parati
legis naturalis. † ſ quaſi legē ⁊ cultū ſancte tri
nitatis accepturi ⁘ ſ ſcientia legis daturꝰ ſ hu
in diē † terciū: Die aūt tercio ⁘ deſcē
mane fragilitati cōdeſcendēs. † ſ vt ſciant legē a
deo dari nō ab homine.
det † dn̄s corā omī plebe ſup montē
ſ ne quis vltra intelligentiā ſuā ad montē ſacre
ſcripture audeat conſcendere. ſꝫ contentꝰ ſit men
ſura ſua ſecundū donum qđ accepit a deo.
ſynai. Conſtitueſq̄ terminos pp̄lo
ꝑ circuitū ⁊ dices: Cauete ne aſcē
datis in montē: nec tangatis fineſ
† ſ vltra vires ⁘ ſ altitudinē ſcripture.
illius. Omīs qui † tetigerit ⁘ montē

datur⁹ legem dominꝰ in igne fumoq̄ deſcendit: ſignificat ꝙ fideles ſue cla
ritatis oſtenſione illuminat. ⁊ infideliū oculos fumo erroris obſcurat. Vi
detur etiā in caligine. qꝛ impij q̄ terrena ſapiunt: cū deſcendentē. i. in humi
litate naſcentem pro caligine malicie nō cognouerūt. vel qꝛ veritatem legis
infidelibꝰ ꝑ caliginē dixit. vt videntes non videāt: ⁊ audientes ñ intelligāt

¶ Cauete ne ⁊c. Rab. Prius ꝓhibet populū in montē aſcendere mortē
q̄ minatur. Nunc iubet vt clangente buccina aſcendāt in montē. humanā
ſcilicet cōpeſcens auda
ciam. ⁊ ad obediendū
inuitās. qꝛ ad predica
tiōis vocē debemꝰ noſ
ad ſupna erigere. nec
ſacramentoꝝ inueſti
gatione ſponte p̄ſume
re: ſed dei vocationē
ſequi.

¶ Buccina. Quaſi
vocina. a voce vel a
vocando vel a bucca.

¶ Cūq̄ leuaſſent
⁊c. Nō ſufficit ad vir
tutē contemplationis
emundare opa penitē
tie lacrimis. niſi ſequa
tur caſtitas mentis et
corpis. Vñ beati mun
do corde q. i. d. v. ⁊c. ⁊
in maliuolam animā
nō intrabit ſapientia.

¶ Totꝰ aūt mons
Greg. Legē datur⁹
dominꝰ in igne fumo
q̄ deſcendit. qꝛ humi
les ꝑ claritatē ſue oſtē
ſionis illuminat. ⁊ ſup
bos ꝑ caliginē erroris
obſcurat. Priꝰ igitur
mens ab appetitu glo
rie temꝑalis: ⁊ ab omī
ꝯcupiſcētia carnali ter
genda eſt. ⁊ tūc ad aci
em cōtemplationis eri
genda. Vñ cū lex ac
cipitur. populꝰ ad mō
tem appropinquare ꝓ
hibet̄. vt qꝛ adhuc in
firma mēte terrena de
ſiderat: ſublimia nō p̄
ſumat. Vñ recte dicit̄
Si beſtia tetigerit mō
tem: lapidabitur. Be
ſtia eñ tangit montē
cū mens irrationalibꝰ
deſiderijs ſubdita: ad contemplationis alta ſe erigit. ſed lapidibꝰ ꝑcutitur.
qꝛ ſumma nō ſuſtinens ſupni ponderis ictibꝰ necat̄. Qui igit̄ culmē ꝑfectio
nis apphendere nitunt̄. cum contēplationis arcē tenere deſiderāt: priꝰ ſe in
campo opis ꝑ exercitiū ꝓbent. vt ſollicite ſciāt. ſi nulla iam mala, primis irro
gant. ſi irrogata equanimiter tolerant. ſi obiectis bonis temporalibus: mens
leticia nō ſoluit̄. ⁊ ſubtractis: nō nimio dolore ſautiatur. ac deinde ꝑpendāt
ſi cū ad ſe intus redeunt. in eo ꝙ ſpiritualia rimant̄: non ſecum corpaliū re
rum vmbras trahunt. vel forte tractas manu diſcretōis abigunt. ſi incircū
ſcriptum lumen videre cupiētes: cunctas circūſcriptionis ſue imagines de
primunt. ⁊ in eo qđ ſup ſe attingere appetunt: vincūt qđ ſunt.

¶ Grego. Sacra eloquia in exordio narrationū qualitates exprimunt.
terminoſq̄ cauſaꝝ aliqñ a poſitione loci. aliquādo a poſitione corporis. ali
quando a qualitate aeris. aliquādo a qualitate temporis ſignificant. quid
de ventura actione ſubijciant. A poſitione eñ locorum exprimunt ſequenti
um merita fineſq̄ cauſaꝝ. ſicut de iſrael dicitur: Quia verba dei in monte
audire non potuit. ſed precepta in campeſtribꝰ accepit. ſequentē infirmitatē
populi indicans. qui aſcendere ad ſumma non valuit. ꝫ ſe in infimis negli
genter viuendo laxauit. A poſitione corporis. ſicut in actibꝰ apoſtoloꝝ ſte
phanus ihesū qui a dextris virtutis ſedet ſtantē ſe vidiſſe manifeſtat. Sta
re eñ adiuuantis eſt. ⁊ recte ſtare cernitur. qui in bello certaminis opitulat̄.

† ſ eterna. ⁘ ſ lapſus in hereſim vel blaſphemi
am in deū. † ſ. i. nemo imitabitur inſaniā eius.
† morte ⁘ morietur. † Manus non
† ſ duris eccleſie ſermonibꝰ coartabitur.
tangent eū: ſed † lapidibꝰ opprimet̄
† ſ verba ſapientiū quaſi ſtimuli ſ quaſi acerri
mis obiurgatōibꝰ ⁘ ſ ſtultꝰ iumētis cōparatur
aut confodiet̄ † iaculis: ſiue ⁘ iumen
† ſ ſapiens reputatione ſua. ⁘ ſ vel morietur.
tum ſit ſiue † homo ⁘ nō viuet. Cum
ſ predicationē ſignificat.
clangere cepit buccina: tunc aſcen
dant in montem: Deſcēditq̄ moy
ſes ad populum: ⁊ ſanctificauit eū
Cumq̄ lauiſſent veſtimēta ſua. ait
ſ fidē ſancte trinitatis
ad eos: Eſtote parati in diē terciū:
† ſ cuilibet carnali voluptati vel mundane ſolli
⁊ ne appropinquetis † vxoribuſ ve
citudini. † ſ quo fides ſancte trinitatis illuceſce
ſtris. Jamq̄ aduenerat † dies terci
ret. ſ principiū lucis.
us ⁊ mane inclaruerat: ⁊ ecce cepe
ſ ſonitus predicatōis. ſ miracula.
runt audiri tonitrua ac micare ful
ſ fidē per nubē ⁊ fumū ſignificatur.
gura: ⁊ nubes denſiſſima operire mō
tem: Clangorq̄ buccine vehemen
† ſ Initiū ſapiētie timor domini.
tius ꝑſtrepebat. † Timuitq̄ pp̄ls
† ſ milicie dei. ⁘ ſ promouendo vel producēdo
ad maiora ⁊ meliora.
ꝗ erat in † caſtris. Cumq̄ ⁘ eduxiſſet
ſ occurrit deꝰ occurrēti ſibi. per liberū eñ arbi
trium ad deū mouemur. ſed non ꝓmouemur niſi
eos moyſes in occurſum dei de lo
miſericordia eiꝰ preueniat ⁊ ſequat̄. ſ tanq̄ vici
co caſtroꝝ. ſteterūt ad radices mō
ni altitudini. ſ qꝛ lex obſcura infidelibus.
tis. Totꝰ aūt monſ ſynai fumabat

A qualitate aeris: ſicut cũ predicante dño euãgeliſta nullos ex iudea tunc credituros diceret·ꝑmiſit: hyems autẽ erat. Scriptũ eſt eñ abundabit iniquitas·⁊ refrigeſcet charitas multoꝝ. Hyemis ergo curauit temp⁹ exprimere: vt in auditoꝝ cordib⁹ malicie frigus ineſſe indicaret. Negaturo quoqꝫ petro ꝑmittitur·q: frigus erat·⁊ ſtans ad prunas calefaciebat ſe. Iã enim a charitatis ardore torpuerat: ⁊ ad amorẽ ꝑſentis vitę quaſi ad ꝑſecutorum prunas infirmitate ęſtuante ſe calefaciebat. A qualitate tempis ſicut nõ rediturus ad veniaꝫ·ad traditionis ꝑfidiã nocte iudas exiſſe ꝓhibet᷑. Cũ egrediente illo ab euãgeliſta dicat᷑. Erat aũt nox. Et iniquo diuiti dicit᷑·hac nocte repetunt animã tuã a te. Salomon quoqꝫ non ꝑſeueraturus in ſomnis ⁊ in nocte ſapientiã accepiſſe dicit᷑. hinc eſt ꝙ angeli ad abraã meridie veniunt. puniturũ aũt ſodomam veſpere veniſſe memorãt᷑.

Deſcenditqꝫ dñs ⁊c. Gregi. Moyſes aſcendit in montẽ·⁊ dominus deſcẽdit. Mõs contemplationẽ ſignificat·in quã aſcẽdim⁹ vt ad ea q̃ vltra infirmitatẽ noſtrã ſunt videda ſubleuemur. Sꝫ in hanc dñs deſcendit q: a nobis multũ ꝑficientib⁹ paꝝ de ſe aliqd noſtris ſenſib⁹ aperit·ſi tñ in illo paꝝ vel aliquid dici poteſt·q̃ vn⁹ ſemp ⁊ idẽ partialiter intelligi nõ poteſt·⁊ tñ a ſuis fidelibus participari dicit᷑·cũ in ei⁹ ſubſtantia pars nullaten⁹ admittat᷑. Sꝫ q: hũc exprimere perfecto ſermone nõ poſſumus: humanitatis nrę modo quaſi infantię imbecillitate ꝑpediti·eum aliqtenus balbutiendo reſonam⁹.

eo ꝙ deſcendiſſet dñs ſuper euꝫ in
(tanqꝫ lumẽ iuſtis·vel q: ignea lex.)
igne: ⁊ aſcẽderet ex eo fumus quaſi de fornace: Eratqꝫ mons omnis terribilis·⁊ ſonitus buccinę paulatim creſcebat in maius: ⁊ prolixi
(interrogando.)
us tendebatur. Moyſes loqbat᷑:
(docendo.) (aliquid de ſe in contemplatione oſtendens.)
⁊ dñs reſpondebat ei. Deſcendit
ꝙ dñs ſup montem ſynai·in ipſo
(vt per contemplationẽ ꝑficeret.)
montis vertice: ⁊ vocauit moyſen
in cacumen eius. Quo cũ aſcẽdiſ
(ab altitudine cõtemplationis·ſcđm illud·ſiue mente excedim⁹ deo·ſiue ſobrii ſumus vobis.)
ſet·dixit ad eum: Deſcende ⁊ con
(Magna diſcretione opus eſt·ne velit quis diuinaꝫ naturã rimari vltra q̃ poteſt·vnde qui perſcrutatur maieſtatẽ opprimitur a gloria·⁊ mel inueniſti ·comede qđ ſufficit tibi.) (oblitus fragilitatis ſue.) (Capacitatis ſue.)
teſtare populũ·ne forte velit tranſcendere terminos ad videndum
(hereſi vel quolibet errore ſeducta) (q: pauci cõtemplationi ⁊ diuine viſioni idonei.)
dominũ: ⁊ pereat ex eis plurima multitudo. Sacerdotes quoqꝫ q̃
(mente ⁊ corpe.)
accedũt ad dñm ſanctificentur ne
(corpali plaga·vel ſpirituali.)
percutiat eos. Dixitqꝫ moyſes ad
(p debilitate intelligẽtie)
dñm: Nõ poterit vulgus aſcendere in montem ſynai. Tu eñ teſtificatus es et iuſſiſti dicens: Pone
(poſitos oſtende.) (ſanctificatũ oſtende·ne nõ ſanctificati accedere preſumant.)
terminos circa montẽ·⁊ ſanctifica illum. Cui ait dñs: Uade deſcẽ
(lex ⁊ ſacerdotum.)
de: Aſcendeſqꝫ tu ⁊ aaron tecum.
(minores minus intelligẽtie capaces·⁊ ſecreta ſcripture nõ penetrantes.)
Sacerdotes autẽ ⁊ populus nec tranſeant terminos·nec aſcendant
(Si indigni acceſſerint.)
ad dñm: ne forte interficiat illos. Deſcenditqꝫ moyſes ad populum ⁊ oĩa narrauit eis.

C. XX.

Locutus quoqꝫ eſt dñs cunctos ſermones hos
(nõ eſt hoc mandatũ·ſed dicit cui⁹ mandatum ſit.)
Ego ſum dñs deus tuus·qui edu
(oꝛabolice.)
xi te de terra ęgipti: de domo ſerui
(et ſi ſint dii multi ⁊ domini multi·alii nõ erunt tibi dii preter me) (primum mandatum.)
tutis. Non habebis deos alienos

ſunt quattuoꝛ vſqꝫ ad preceptũ de ſabbato q̃ ad deũ ꝑtinent. Sex aũt reliq̃ quoꝝ primum eſt·honora patrem tuũ ⁊ matrẽ q̃ ad hominẽ ꝑtinent. An potius illa tria ſunt·⁊ iſta ſeptem. Qui eñ dicũt illa quattuoꝛ eſſe: ſeparãt id qđ dictum eſt. Nõ erunt tibi dij alij preter me·vt aliud preceptum ſit: Nõ facies tibi ydolũ ⁊c. vbi figmenta colenda eſſe ꝓhibentur. Unũ autem volunt eſſe: Nõ concupiſces vxorẽ proximi tui·nõ concupiſces domum proximi tui·⁊ oĩa vſqꝫ in finẽ. Qui vero illa tria eſſe dicũt·⁊ iſta ſeptem·vnuꝫ volunt eſſe. quidquid de vno deo colendo ꝑcipitur: ne aliquid preter illum pro deo colatur. hec aũt extrema in duo diuidũt: ut aliud ſit nõ concupiſces vxorem proximi tui·aliud nõ cõcupiſces domum ꝓximi tui. Decẽ tamẽ eſſe ꝑcepta neutri ambigunt·q: h̃ ſcriptura teſtatur. Michi autẽ congruentius videtur accipi illa tria·⁊ iſta ſeptem. Quia ⁊ trinitatem videntur illa quę ad deum pertinẽt inſinuare·⁊ qđ dictum eſt Nõ erunt tibi dij alij ꝑter me. hoc ipſum perfectius explicatur·cuꝫ prohibentur colẽda figmenta. Cõcupiſcẽtia ꝓo vxoris alienę ⁊ cõcupiſcentię domus alienę: tñ in peccãdo differũt·vt illi quo dictũ eſt. Nõ cõcupiſces domum ꝓximi tui·adiuncta fuerint alia dicẽte ſcriptura: neqꝫ agrum eius·neqꝫ ſeruuꝫ eius·neqꝫ ancillã eius·neqꝫ boues eius ⁊c. Diſcreuiſſe aũt videretur cõcupiſcentiã vxoris alienę de concupiſcentia cuiuſlibet rei alienę·qñ vtrũqꝫ ſic cępit. Nõ cõcupiſces vxorem proximi tui: Nõ cõcupiſces domũ ꝓximi tui·⁊ huic adiunxit cętera. Nõ aũt cũ dixiſſet: Nõ cõcupiſces vxorẽ proxi·tui. huic cõnexuit alia dicens·neqꝫ domum eius·neqꝫ agrum ⁊c. ſ; oĩa apparent hęc eſſe coniuncta quaſi vno precepto contenta: ⁊ diſcreta ab illo quo vxoꝛ nominata eſt. Illud aũt vbi dictum eſt: Nõ erunt tibi dij alij preter me·patet huius rei diligentem executionem eſſe in his q̃ ſubiecta ſunt·quo eñ ꝑtinent. Nõ facies tibi ydolum·neqꝫ vllum ſimulacrũ ⁊c. niſi ad id qđ dictum eſt. Non erunt dij tibi alij preter me.

Iſi. Dat deus moyſi legem innocentię noſtrę ⁊ agnitionis ſuę·q̃ in decem verbis conſiſtit. ſcriptam in tabulis lapideis digito dei. Tria ſunt quę pertinent ad dilectionem ⁊ cognitionẽ trinitatis. ſepteꝫ ad dilectionẽ proximi·quib⁹ humana ſocietas non lęditur. Primũ ꝑtinet ad deũ patrẽ. Dominus de⁹ tuus deus vnus eſt·vt hoc audiens vnũ deũ colas patrem ⁊ in multos fictos deos fornicationem nõ effundas. Secundũ ad filiũ. Nõ aſſumas nomen dei tui in uanum·i·nõ putes creaturã eſſe xp̃m dei filiũ·quia oĩs creatura vanitati ſubiecta eſt. ſ; ęqlem pri·deũ de deo·lumẽ đ lumĩe.

Non habebis deos alienos ⁊c. Orig. Primũ mandatum eſt Non erunt tibi dij alij preter me·⁊ ſequitur. Non facies tibi ydolum·neqꝫ vllam ſimilitudinẽ ⁊c. hec oĩa quidam ſimul putant eſſe vnũ mandatum ꝙ ſi ita cõputetur nõ complebitur numerus decem mandatorum. Eſt ergo primum mandatum. Non erunt tibi dij alij preter me. Secundum: Nõ facies tibi ydolum·neqꝫ vllam ſimilitudinem ⁊c. Incipiamus ergo a primo mandato. Non erunt tibi dij alij preter me. Si dixiſſet nõ ſunt abſolutioꝛ ſermo videretur. Sed quia dicit non erunt·non negauit quia ſunt·ſed ne illi ſint cui hec precepta dantur inhibuit·hinc paulum ſumpſiſſe puto. Si quidem ſunt qui dicuntur dij·ſiue in cęlo·ſiue in terra ⁊c. In alijs quoqꝫ

Ego ſum dominus deus tuus. Orig. Qui contemnit preſens ſeculum·i·ęgiptũ·⁊ p verbũ dei tranſfat⁹ nõ inuenit᷑·q: ad futuꝝ ſeculuꝫ feſtinat: de eo dicit deus: Ego ſum dñs de⁹ ⁊c. Non ad illos tñ·qui de ęgipto ꝑfecti ſunt: ſed ad eos qui vltra ęgiptijs nõ ſeruiunt·de ęgipto educti de domo ſeruitutis. Negocia ſeculi·actus carnis·domus ſeruitutis eſt. Sicut relinquere ſecularia·⁊ ſecundũ deũ viuere: domus libertatis eſt. Unde ſi permanſeritis in verbo meo·agnoſcetis veritateꝫ·⁊ veritas liberabit vos·ergo ęgiptus eſt domus ſeruitutis. Iudea ⁊ hieruſalem domus libertatis. Vñ q̃ ſurſum eſt hieruſalẽ libera eſt. Sicut ergo terrena ęgiptus filijs iſrael dom⁹ dicit᷑ ſeruitutis ad compationem iudeę ⁊ hieruſalem·q̃ eis eſt dom⁹ libertatis: ita ad compationẽ cęleſtis hieruſalẽ·q̃ eſt mater libertatis: tot⁹ mundus ⁊ q̃ in eo ſunt dom⁹ dicit᷑ ſeruitutis·⁊ q: de paradiſo libertatis per peccatum ventum eſt ad ſeruitutẽ mundi·primus ſermo decalogi de libetate eſt: Ego ſum dñs deus tu⁹ qui eduxi te de terra ęgipti ⁊c. hanc vocem in ęgipto audire non poteris. Et ſi tibi iniungatur vt facias paſca·accingas lumbos·accipias ſandalia in pedibus·virgam teneas in manu·⁊ azima cũ amaritudine comedas. Sed nec in prima manſione: nec in ſecũda: nec in tercia·nec cũ tranſieris mare rubrum·etiaꝫ ſi ad mara veneris·⁊ fuerit tibi amaritudo in dulcedinem verſa·nec in helim: vbi erant duodecim fontes aquaꝝ·⁊·lxx·arbores palmarum·etiam ſi raphidim preterieris ceteroſqꝫ ꝑfectus aſcenderis nondum ydoneus indicaris·ſed cũ veneris ad montẽ ſyna. Vix ergo mereberis aliquãdo ſuſcipe precepta libertatis ⁊ audire. Ego ſum dñs deus tu⁹ qui e·t·d·t·ę·de domo ſeruitutis·hic tñ nõ eſt ſermo mandati·ſed qs ſit q̃ mandet oſtendit·primũ mandatũ ergo. Nõ erũt tibi dij alij preter me.

Augu. Queritur quomodo deceꝫ precepta legis diuidenda ſint. Utrꝫ

locis īuenies eos noīari ſic ibi. Rex magn⁹ ſuꝑ oēs deos: ⁊ de⁹ deoꝝ dn̄s
De dn̄is idē apl's dicit. ſiue throni. ſiue dominatōes ⁊c. Dn̄ationes vero
nō aliud ſūt ꝙ̄ ordo quidam dn̄oꝝ ⁊ multitudo. In q̄ videt̄ ſenſum legis
apire apl's. Ac ſi dicat. Licet ſint dn̄i mlti q̄ alijs gentib⁹ dn̄ant̄. ⁊ dij mlti
qui ab alijs colant̄. ſed tamē vnus deus eſt nobis. ⁊ vnus eſt domin⁹. Vn
de cum diuideret excelſus gentes ⁊ diſperderet filios adam. ſtatuit termi-
nos gentium ſecundū numeꝝ angeloꝝ dei. angelos ergo quib⁹ gentes cōmi
ſit excelſus: dn̄os vel
deos appellat ſcriptu-
ra. deos q̄ſi a deo da-
tos. ⁊ dn̄os a dn̄o pote
ſtatē ſortitos. Unde
eis dicit̄. Ego dixi dij
eſtis. ⁊ filij excelſi oīs
Vos autē ſicut hoīes
moriemini. ⁊ ſicut vn⁹
de principib⁹ cadetis.
Imitantes. ſ. dyabolū
qui princeps omnium
factus eſt ad ruinam.
Unde conſtat qđ exe
crabiles fecit eos ꝑua-
ricatio. nō natura. Tibi ergo o iſrael qui pars dei ⁊ funiculus ei⁹ es. nō erūt
inquit tibi dij alij p̄ter me; qꝛ vere deus vnus eſt de⁹. ⁊ vere dn̄s vnus eſt
dominus. ceteris vero ab ipſo creatis contulit hoc nomē nō natura ſed gra
tia. Nō hec tantū dicunt̄ ad iſrael ſecundū carnē: immo ad te qui iſrael effe
ctus es mente deum videndo. ⁊ circuncifus corde nō carne. Si tn̄ ita agas
vt dignus ſis eſſe pars dei. Et in funiculo hereditatis eius metiri. alioquin
exemplo tibi ſunt qui ad hoc vocati fuerant vt eſſent pars dei. ⁊ exigentibus
peccatis diſperſi ſunt ꝑ oīs gentes. ⁊ educti de domo ſeruitutis iam nō egi
ptijs ſolis. ſ; oīb⁹ gentib⁹ ſeruiūt. Qui eñ peccat ſeru⁹ eſt peccati.

¶ Nō facies tibi ſculptile. Orig. Non facies tibi ipſi ydolum neq;
omnē ſimilitudinem ⁊c. aliud ſunt ydola. aliud dij. De dijs eñ dicit apl's
Siquidē ſunt dij multi ⁊ dn̄i multi. De ydolis vero. qꝛ nil eſt ydolū in mū
do. De ſimilitudinib⁹ aūt nō addidit qꝛ nil ſunt. hic aūt dicit̄: non facies ti
bi ydolū neq; ſimilitudinē omniū. Aliud eſt ergo facere ydolū: aliud ſimili
tudinem. verbi cauſa. Si quis in auro ⁊ argento ligno vel lapide faciat ſpe
ciem quadrupedis vel ſerpentis vel auis. ⁊ ſtatuat ad orandū. non ydolum
ſed ſimilitudinem fecit. Qui vero facit qđ nō eſt. ſpeciē. ſ. quā ocul⁹ non vi
dit. ſed animus ſibi fingit. vt ſi quis humanis membris caput canis aut arie
tis formet. vel in vno hominis habitu duas facies. aut humano pectori po-
ſtremas partes equi aut piſcis. qui hoc facit nō ſimilitudinē ſed ydolū facit.
facit eñ qđ non eſt. nec habet aliqđ ſimile ſui. Ideo dicit apl's. qꝛ ydolū ni
chil eſt in mūdo. Nō eñ aliqua ex reb⁹ ꝯſtantib⁹ aſſumit̄ ſpecies: ſ; quā mēs
ocioſa ⁊ curioſa reꝑit. Similitudo vero eſt cū aliquid ex his q̄ ſūt vel ī ce-
lo vel in terra vel in aquis format̄: ſed nō ſicut ex his que in terra ſunt vel in
mari ſimilitudinib⁹ promptuz eſt ꝓnunciare. Ita etiā de celeſtib⁹. vbi quis
dicat de ſole ⁊ luna ⁊ ſtellis hoc poſſe ſentiri. quoꝝ formas exprimit gētilitas
Sed moyſes eruditus oīi ſapientia egiptioꝝ. etiā q̄ apud illos erant in oc
cultis ꝓhibere cupiebat. ſicut echatem. aliaſq; demonū formas. q̄ apoſtolus
ſpiritualia nequitie in celeſtib⁹ vocat. de quib⁹ forte dicitur. Inebriatus eſt
gladius meus in celo. his eñ formis ⁊ ſimilitudinib⁹ inuocabant demonia
ad repellenda vel vitanda mala. Sciendū tn̄ qꝛ cū decreueris hoc ſeruare
mandatū ⁊ habere vnū tm̄ deum ⁊ dn̄m. ſ; eſt bellum denunciare omnibus
alijs. quib⁹ in baptiſmo renunciaſti. ſolū deū confitens patrē ⁊ filiū ⁊ ſpūm
ſanctū. Sed ſ; ꝯfitentes niſi toto corde diligam⁹ dn̄m deū noſtrū. tota aīa
tota virtute ei adherentes. nō ſum⁹ effecti pars dn̄i. ſed in confinio poſiti il
los patimur offenſos: quos fugim⁹. ⁊ ad quē fugimus ꝓpicium nō efficim⁹
quib⁹ ꝓpheta dicit: Ve duplices aīo. Et iteꝝ: Uſq; quo claudicatis vtro
q; pede: Ab illis ergo quaſi fugaces cedimur. ⁊ a dn̄o noſtro quaſi inſtabi-
les nō defendimur. Vn̄ amatores tui inimici facti ſunt tibi. Multi ſūt ani
me amatores capti decore eius. cū quib⁹ meretricata eſt. dicens: Poſt ama
tores meos ibo. q̄ dant michi vinū meū ⁊c. Hos offendit reuerſa ad viruz
priorē. Niſi ergo tota fide ꝑmaneas cū viro tuo. pro ſcelerib⁹ q̄ cōmiſiſti: ſu
ſpectus eſt. oīs mot⁹ tuos aſpectus ⁊ inceſſus notat. nil vltra in te laſciuuz
videre. nil diſſolutum vel ꝓdiguz poteſt. Si ergo acceptam gratiā negligis
etiā implicas te ſecularib⁹ negocijs: cōtinuo immund⁹ ſpiritus redit cum ſe
ptem nequiorib⁹ ne iteꝝ expelli poſſit. ⁊ fiūt nouiſſima peiora priorib⁹. Nul-
la ergo ſocietas templo dei cum ydolis. Si dei ſum⁹. tales eſſe debemus. in
quib⁹ habitat ⁊ inambulet deus. Vn̄ qui portatis vaſa dn̄i exite. ⁊ immun
dū nolite tangere. ego recipiā vos ⁊c. dicit ſ;: Nō erūt tibi dij alij p̄ter me.

¶ Non adorabis ⁊c. Aliud eſt colere: aliud adorare poteſt quis inui-
tus adorare. vel adulando regib⁹ ydolatris. vel tormentis victus. cuz ſciat

**coꝛā me. Nō facies tibi ſculptile:**
ſ ſecundū. ſ ydolū qđ nichil eſt. qꝛ ex nulli⁹ rei exiſtētis ſimilitudine ſumptū ſed ocioſe confictū
† ſ rei exiſtentis que nō nichil eſt. ‡ ſ ſicut ſolis ⁊ lune ⁊ huiuſmodi.
**neq; oēm† ſimilitudinē q̄ ē in‡ celo**
ſ hominis bouis ⁊ ſimiliū.
**deſuꝑ. ⁊ q̄ in terra deorſum: nec eo**
ſ piſcuū.
**rum q̄ ſunt in aquis ſub terra. Nō**
**adorabis ea neq; coles. Ego ſum**
† ſ nō ferens aīam michi ſponſatam aliqua ſuſpi tione notari ‡ ſ poſt eñ peccatū dicit. audi filia ⁊ vide ⁊. i. a. t. ⁊c. tāq; miſericors pater ⁊ medic⁹
**dn̄s deus tu⁹† fortis zelotes. ‡ viſi**
† ſ dyaboli ⁊ angeloꝝ ei⁹. ‡ ſ nō in patres qui correctione indigni ſ eos. ſ. qui ſuggerēte dyabo lo ⁊ angelis eius peccauerūt
**tans iniquitatem† patruz in‡ filios**
**in terciam ⁊ quartam generationē**

qꝛ ydolū nil eſt. Colere vero eſt toto his affectu ⁊ ſtudio mancipari. Vtrū
q; ergo reſecat. vt nec affectu colas: nec ſpecie adoras.

¶ Ego ſum dominus ⁊c. Vide benignitatē dei vt nos doceat ⁊ ꝑfe-
ctos faciat. fragilitatē humanoꝝ affectuū nō recuſat. oīa agit ⁊ patitur ꝓ
pter nos. notis ⁊ vſitatis nobis loquit̄ affectib⁹.

¶ Orig. Oīs mulier aut ſub viro eſt ⁊ ſubiecta eſt legibus viri. Aut me
retrix eſt. ⁊ vtitur libertate peccandi. qui ingredit̄ ad meretricē ſcit ꝙ ad pro
ſtitutā ⁊ cunctis paten
tez ingreſſus eſt. Ideo
de alijs indignari nō
poteſt. Qui legitimo
vtitur matrimonio nō
patit̄ vxorē peccare: ſ;
accenditur zelo ad ſer
uandā caſtitatē matri
monij. vt poſſit legiti-
m⁹ fieri pater. Sic om
nis aīa. aut ꝓſtituta ē
cū demonib⁹. ⁊ habet
plures amatores vt in
trent ad eā. mō ſpirit⁹
fornicationis. mō aua
ricie. poſt hunc veniet ſpirit⁹ ſuꝑbie: ⁊ alij plurimi. Alter tn̄ alteri nō inuidet
nec de zelotipis mouet̄: ſed ſe inuicem inuitant. Vn̄ adducit ſecum alios ſe
ptem ſpiritus nequiores ſe ⁊c. Sic nullā zelotipiā amatoꝝ ſuoꝝ patit̄ aīa
q̄ demonib⁹ eſt ꝓſtituta. Si vero coniūcta fuerit viro legittimo. i. xp̄o. etiaz
ſi aliqn̄ fuerit peccatrix. vltra eā peccare nō patit̄: nec ferre poteſt vt alludat
adulteris. excitat̄ ſuꝑ eā zelus ei⁹. ⁊ defendit coniugij caſtitatem. Si autē
viderit eā temerantem coniugij iura. ⁊ occaſionē querere peccandi: dat ei li
bellū repudij. Vn̄ ꝓpter iniq̄tates veſtras: dimiſi matrē veſtrā. hec q̄ loqui
tur ⁊ zelans eſt ⁊ zelo cōmotus ſ; dicit. Eſt etiā nouū genus ſ; bonitatis ei⁹:
vt etiā poſt adulteriū reuertentē ⁊ toto corde penitentē ſuſcipiat. Vn̄ nun-
quid mulier ſi exierit a viro ⁊ dormierit cū alio viro. reuertens reuertetur ad
virum ſuum ⁊c. Et alibi ⁊ poſtq; fornicata es in his omnib⁹ dixi: reuertere
⁊c. hic ergo deus zelans ſi requirit ⁊ deſiderat animā tuam ſibi adherere. ſi
ſeruat corripit ⁊ indignatur velut zelotipia quadaz erga te vſus. ſpem tibi
eſſe ſalutis agnoſce. Si vero correptionē contemnis. diſcedit a te zelus ei⁹
ſecundū illud: ꝓpterea diſcedit zelus a te ⁊c. vide miſericordiam ⁊ pietatem
dei. quādo vult miſereri: indignari ſe dicit ⁊ iraſci. ſicut ꝑ hieremiam dicit.
Dolore ⁊ flagello caſtigaberis hieruſalem: vt nō abſcedat anima mea a te
flagellat eñ omnē filiū quē recipit. hoc aūt terribile. hoc extremum. ſi nō cor
ripimur ꝓ peccatis. Cum eñ modū peccandi excedim⁹: auferet̄ a nobis etiā
zelus dei. nec vltra iraſcitur.

¶ Viſitans iniquitatem ⁊c. Orig. Reddens peccata patrū in filios
⁊c. Aiunt heretici ꝙ nō boni dei ſermo ſit. qui pro peccatis alteri⁹ alterum
dicat plecti. deū tamē legis iuſtum dicūt. Nec poſſunt oſtendere quomodo
iniuſtus ſit. ſi aliū alio peccante punit: Sed interior homo noſter aut dicit̄
habere deū patrē. ſi ſecundū deū viuit. Aut dyabolū. ſi voluntatē illi⁹ facit
Unde vos de patre dyabolo eſtis. ⁊ deſideria patris veſtri facere vultis.
Sicut ergo ſemen dei in nobis eſt. cū verbū dei ſeruantes nō peccam⁹. ſecū
dum illud: Qui ex deo eſt nō peccat. qꝛ ſemē dei manet in eo. ita cū a dyabo
lo ſuademur ad peccandū. Semē eius ſuſcipim⁹. cū facimus qđ ſuadet. iam
genuit nos. Naſcimur eñ ei⁹ filij ꝑ peccatū. Sed qꝛ fere ſine adiutorio nō
peccam⁹. ſicut adulteriū nemo ſolus cōmittit. neceſſe eſt adulterā conſortez
fieri. ⁊ ſi nō plures. neceſſe eſt aliquē vel aliquā miniſterio ſceleris adiungi.
qui oīes velut vn⁹ ex altero ſecundū ꝑſuaſionis ordinē generati ex dyabo
lo ꝓgeniem ducunt: velut in traditione dn̄i dyabolus intrauit in cor inde. ⁊
primum filium peccati genuit. qui ſolus hoc facere non potuit. abijt ergo ad
ſcribas ⁊ phariſeos ⁊ pōtifices. Naſcit̄ ergo ex iuda generatio tercia ⁊ quar
ta peccati. Videam⁹ ergo quomodo peccata patrū reddit deus in filios in
terciā ⁊ quartā ꝓgeniem. ⁊ nō in ipſos. De patrib⁹ eñ nichil dicitur. Dya-
bolus ergo qꝛ iam peccādi modū exceſſit. tanq; veſtimentū concretū ſangui
ne non erit mundus in hoc ſeculo. nō flagellatur ꝓ peccato. omnia eñ ei ſer-
uantur in futuro. Unde quid veniſti ante tempus torquere nos: Reddun
tur aūt peccata in filios quos genuit ꝑ peccatū. qui in carne poſiti flagellan
tur. qꝛ non vult deus mortem peccatoris. ſed vt conuertatur ⁊ viuat. Miſe
ricors ergo reddit peccata patrū in filios. qꝛ dyabolus ⁊ angeli eius qui etiā
peccati patres efficiuntur. indigni ſunt ꝙ in ꝑſenti corripiantur. filij eorum
⁊ qui ꝑ ipſos ad ſocietatez peccati adſciti ſunt. recipiūt in ꝑſenti qđ geſſerūt
vt purgati dyabolo in pena ſocij nō efficiātur. Unde viſitabo in virga ini
quitates eorum. Miſericordiā aūt meā nō auferā ab eis. Deus enī zelans
eſt. ⁊ animā quā ſibi deſpondet in fide. non vult in contaminatione peccati
ꝑmanere. ſed cito purgari. Si aūt noluerit purgari in interitu eoꝝ ridebit.

dicens eis: Diſcedite a me maledicti in ignem eternū ꝛc. Sciam⁹ ergo nos in p̄ſenti corripi: vt in futuro quieſcam⁹. Vnde cum caſtigamur a domino corripimur: ne cū hoc mundo damnemur.

¶ Orig. In hoc ſermone ſolēt nos heretici ſuggillare ꝙ nō ſit boni dei ſermo qui ꝑ peccatis alterius aliū iudicat. Sed qui deū legis mandantem hec dicēt nō bonum: iuſtū tamen dicunt. Nec ipſi quidē poſſunt oſtendere quomodo iuſticie videat̄ cōuenire ſi alio peccante alius puniatur.

¶ Iſi. Primū mandatū prohibet ſurreptionem. Secundū errorem. Terciū interficit ſeculi amorē. Quartū impietatē. Quintum crudelitatē. Sextū fornicationē. Septimum rapacitatē. Octauum punit falſitatē. Nonū mūdi cupiditatē. Decimū adulterij cognitionem. Et notandū ſicut decē plagis percutiuntur egiptij. Sic decem p̄ceptis ſcribūtur tabule: quib⁹ populus dei regat̄ et demones occidant̄. In duabus eīn tabulis ſcripta eſt lex: ꝓpter duo teſtamēta ſignificanda: vel q̄ ſunt p̄cepta duo dilectionis dei ꝛ ꝓxi. In q̄bus tota lex pendet et ꝓphete. In vna enim tria p̄cepta: q̄ ad dilectionē dei ptinent. In altera vero ſeptē: q̄ ad ſocietatē ꝓximi. Lapidee vero fuerunt tabule: q̄ cor iudeorū erat lapideum: inſenſibile: durum: ſtolidū. Vn̄ auferā cor lapideū: ꝛ dabo eis cor carneum. Et ap̄ls ait: Nō in tabulis lapideis: ſed i tabulis cordis carnalib⁹ que ſentiant ſcilicet et intelligant.

ſ q̄ peccantibus hominibus ſocii aſciſcuntur. ſ q̄ correctione non indigent, qui diligū̄t. i. nō peccant. ſ in oēs ſ finitū ꝑ infinito. ſ nō qui oderūt. ſ Si quis diligit me ſermonē meū ſeruabit. Et ꝑfecta charitas foras mittit timorē.

eorum qui oderūt me: ꝛ faciens miſericordiam in milia his q̄ diligunt me ꝛ cuſtodiūt p̄cepta mea.

ſ iurando. ſ. ꝑ nichilo nomē domini. ſ chriſtum putando tantū eſſe creaturā.

Nō aſſumes nomē dei tui in vanum:

ſ ꝛ ſi hoīes habeāt.

Nec enim habebit inſontem

ſ iuſtus iudex.

dominus eum: qui aſſumpſerit nomen dei ſui fruſtra.

ſ tercium mandatū pertinēs ad ſpiritūſanctū cuius dono requies eterna ꝓmittitur ꝛ ſanctificatiō perficitur.

Memento vt diē ſabbati ſanctifices.

ſ Sex milib⁹ annorum quibus laboratur.

Sex diebus opaberis: et facies oīa opa tua.

ſ in requie beati regni. De ſabbato iudeoꝝ dicit̄: ſabbata veſtra odit anima mea.

Septimo aūt die ſabbatū domini dei tui eſt: nō facies oīe op⁹

ſ q̄ poſt hanc vitā vera requies.

ſ carnalis ꝛ ſpiritualis. ſ null⁹ ſex⁹ excluditur nulla etas nec vlla cōdicio.

in eo tu ꝛ filius tuus ꝛ filia tua et ſeruus tuus ꝛ ancilla tua iumentū tuum ꝛ aduena q̄ eſt intra portas tuas.

ſ idiota. ſ qui nouiter acceſſit ad legē. ſ ſepta eccle. ſ ſignificans q̄ in perfectione ſenarii ſunt nobis opera facienda vt poſtea fruamur requie eterna.

Sex eīn diebus fecit de⁹ celum ꝛ terrā ꝛ mare ꝛ oīa que in

ſ ad litterā vel ſpiritualiter.

¶ Honora patrem ꝛc. Hoc eſt primum ſeptem mandatorum q̄ pertinent ad proximum. Bene aūt ſeptem ſunt. Septenari⁹ eīn ex ternario conſtat ꝛ quaternario. Ternarius vero anime cōgruit: q̄ eſt iraſcibilis: concupiſcibilis: rationalis. Quaternarius corpori.

¶ Nō occides ꝛc. Aug. Et qd̄ dictū eſt: nō occides. Nō putandū eſt fieri contra hoc p̄ceptum: ꝙ lex occidit vel occidi aliquē deus iubet. Ille eīn facit qui iubet qd̄ miniſtrum negare non licet.

¶ Nō mechaberis. Aug. Queritur quoq̄ quo differat nō mechaberis ab eo qd̄ paulo poſt dicit̄. Nō cōcupiſces vxorē proximi tui. In eo enī qd̄ dictū eſt: nō mechaberis: poterat illud intelligi: niſi forte in illis duobus p̄ceptis non mechandi ꝛ non furandi ipſa opera notata ſint. In his vero extremis concupiſcētia ipſa: q̄ tn̄ differunt vt aliquādo mechetur qui non concupiſcit vxorem proximi: cū aliqua alia cauſa ipſi miſcetur. Aliqn̄ vero concupiſcat nec ei miſceatur penam timens: ꝛ hoc fortaſſe lex oſtendere voluit: ꝙ vtraq̄ peccata ſint.

¶ Augu. Item queri ſolet: vtrū mechie nomine etiā fornicatio teneat̄. Hoc enim verbū grecū eſt: quo iam ſcriptura vtitur pro latino. Mechos eīn grece non niſi adulteros dicit. Sꝫ lex nō ſolū viris: ſꝫ etiā feminis data eſt. Neq̄ eīn q̄ dictū eſt: Nō concupiſces vxorē proximi tui: nil ſibi hic p̄ceptum femina putet: tanq̄ licite cōcupiſcat virum proxime ſue. Si ergo hic ex eo qd̄ dictum eſt viro: nō concupiſces vxorē proximi tui: intelligit̄ etiā qd̄ ad feminam pertinet: q̄to magis ex eo qd̄ dictum eſt. Nō mechaberis vterq̄ ſexus aſtringitur: cum ꝛ ipſum p̄ceptū poteſt ad vtrūq̄ referri: ſicut non occides nō furaberis: ꝛ q̄ ſimiliter nō expſſo vno ſexu vtriq̄ ſonare vident̄: q̄ honoratior exprimit̄. i. maſcul⁹. Ac ꝑ hoc femina mecha eſt habēs vir̄ concūbendo cum eo qui vir ei⁹ nō eſt: etiā ſi ille nō habeat vxorē. Vir quoq̄ mechus eſt concūbendo cū ea q̄ vxor ei⁹ nō eſt: etiā ſi illa nō habet vir̄. Sꝫ vtrū ſi faciat vir qui vxorem nō habeat cū femina q̄ vir̄ nō habet: p̄cepti hui⁹ trāſgreſſione teneat̄: merito querit̄. Si eīn nō tenetur: non eſt ꝓhibita in decalogo fornicatio: ſꝫ ſola mechia. i. adulteriū: q̄uis oīs mechia fornicatio ſit. Vnde quicūq̄ dimiſerit vxorem ſuā excepta cauſa fornicatōis facit eā mechari. Hic eīn fornicationē appellauit: ſi cū alio peccet q̄ vir̄ habet: qd̄ eſt mechia. i. adulteriū. Sꝫ vtrū omnis fornicatio mechia dici poſſit in ſcripturis: nō michi occurrit locutionis exemplū. Sꝫ ſi nō omnis fornicatio mechia dici pōt: vbi ſit i decalogo ꝓhibita fornicatio quā faciunt viri q̄ vxores nō habent cū feminis que viros vel maritos nō habent: vtrū inueniri poſſit: ignoro. Sed ſi furti nomine: bn̄ intelligitur oīs illicita vſurpatio rei aliene: Nō eī rapinā pmiſit qui furtum prohibuit. Sꝫ a parte totū intelligi voluit: quidquid illicite rerum proximi aufert̄. Et nomine mechie oīs illicitus concubit⁹: atq̄ illorum membrorū nō legitimus vſus ꝓhibitus debet intelligi.

ſ in nobis.

eis ſunt: ꝛ requieuit in die ſeptimo.

ſ q̄ benedicet nobis perfecte: cū requiē eternam dederit.

Idcirco benedixit dn̄s diei ſabbati: ꝛ ſanctificauit eū.

ſ primū eſt hoc in altera tabula: vt filii honorent parentes officio pietatis. Nam qui parētib⁹ honorē nō defert: quibus parere poteſt.

Honora patrem tuū ꝛ matrem tuā: vt ſis longeuus ſup terram: quā dn̄s deus tuus dabit tibi.

ſ venientiū vel preſentē.

ſ Manu vel mente vel ſubtrahēdo auxiliū vel conſiliū vite ei cui potes vel debes dare. ſ iudex nō occidit reū: ſed lex que iubet.

Non occides.

ſ. i. ne cuilibet miſcearis excepto federe matrimonii: per parte eīn totū vult intelligi. ſ quālibet rei vſurpationē qd̄ viciū eſt rapacitatis.

Nō mechaberis. Nō furtū facies.

ſ qd̄ eſt crimē mendacii ꝛ falſitatis.

Nō loqueris cōtra proximum tuum falſum teſtimonium.

ſ Etiā voluntatē adulterandi vetat: aliud eſt eī facere: aliud deſiderare: vnde duo precepta ſunt nō mechaberis: ꝛ nō cōcupiſces vxorē proximi tui.

Nō concupiſces domū ꝓximi tui. Nō deſiderabis vxorem eius: nō ſeruū: nō ancillam: non bouē: non aſinū: nec omnia que illius ſunt.

ſ viſus q̄ primatū obtinet in ſenſibus intermiſcetur omnib⁹: ſic eīn dicim⁹ audi ꝛ vide: olfac ꝛ vide: palpa ꝛ vide. ſ nos quoq̄ doctorū voces audientes oculū mentis dirigere debemus.

Cunct⁹ aūt ppl's videbat voces ꝛ lāpades ꝛ ſonitum buccine: monteq̄ fumigantem: ꝛ perterriti ac pauore

¶ Nō furtū facies. Iſi. Sed rurſum queritur: quo differat non furtū facias ab eo qd̄ paulopoſt dicitur de nō concupiſcendis rebus proximi. Non ꝙ oīs qui concupiſcit rē proximi furatur. Sed oīs qui furatur rem proximi concupiſcit. Poterat in illa generalitate vbi de nō concupiſcēda re proximi p̄cipitur: etiam illud qd̄ ad furtum pertinet contineri.

¶ Non loqueris cōtra ꝛc. Aug. In eo etiam qd̄ dictum eſt falſum teſtimonium non dices aduerſus proximum tuum: queri ſolet vtrum prohibitū ſit omne mendaciū: ne forte nō ſit hoc p̄ceptum aduerſus eos: qui dicunt tunc eſſe mentiendum: quando id mendaciū prodeſt alicui ꝛ nil obeſt ei cui mentiris. Tale enim non eſt aduerſus proximum tuum: vt ideo hꝫ videatur addidiſſe ſcriptura que poſſet breuiter dicere falſum teſtimonium non dices: ſicut non occides: nō mechaberis: nō furaberis. Sed magna queſtio eſt: nec cito explicari poteſt quomodo accipiendū ſit: perdes omnes q̄ loquūtur mendaciū: ꝛ noli velle mentiri omne mendaciū ꝛ huiuſmodi.

¶ Cunctus aūt populus ꝛc. Aug. Solet queri quomodo populus videbat vocem: cum vox nō ad viſum: ſed ad auditum pertinere videatur. Sed videre ſolet pro generali ſenſu corporis ꝛ anime poni. Vn̄ cum vidiſſet iacob q̄ ſunt eſce in egipto: vn̄. ſ. abſens erat: q̄uis nonnulli videre vocem nil aliud eſſe q̄ intelligere putauerūt: qui viſus mentis eſt. Cū vero hic breuiter dicendū eſſet ꝙ populus audiebat vocē: ꝛ lampades: ꝛ vocem tube: ꝛ montem fumantē. Queſtio maior oritur: quō audiebat lampades ꝛ montem fumantē qd̄ ptinet ad ſenſū vidēdi: niſi q̄s dicat nō tā breuiter dicendū fuiſſe: vt nō totū diceretur: audiebat vocē ꝛ videbat lampades: ꝛ audiebat vocē tube: ꝛ videbat montē fumantē. Duo eīn genera vocis erāt: ꝛ de nubib⁹ ſic tonitrua ꝛ tuba: ſi tn̄ ipſam dixit vocē q̄ de nubib⁹ edebat̄, ac ꝑ hoc meli⁹ in his q̄ ad ſenſū audiēdi ptinebāt: generalis ſenſus eſt poſit⁹. i. vidēdi (Cū breuiter totū vellet ſcriptura cōplecti) q̄ vt in his q̄ ptinēt ad ſenſum videndi ſubintelligeret̄ audit⁹: quo more nos nō loqui ſolemus. Nā vide quid ſonet ſolem⁹ dicere: audi qd̄ luceat nō ſolemus dicere.

¶ Loquere tu nobis ꝛc. Significatur ad vetus teſtamentū timorem potius pertinere. Sicut ad nouū dilectionē. q̄uis in veteri nouum lateat. ⁊ in nouo vetus pateat. quomodo aūt tali populo tribuatur videre vocē dei ſi hoc accipiendū eſt intelligere. cum ſibi loqui deum timeant ne moriantur non ſatis elucet?

¶ Nolite timere ꝛc. Aug. Sic illi cohibendi erant a peccatis timēdo ſcilicet ne penas ſenſibiles paterentur: q2 nondū poterant amare iuſticiam ⁊ tentabantur a domino. vt appareret cuiuſmodi eſſent. non deo quē nō latebāt. ſed int̄ ſe ⁊ ſibimet ipſis.

